Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



83

Quanto tempore heres parvulus est nihil differt a suo cum sit dominus omnium sub tutoribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus a patre. Omnes estis filii dei misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater. Collecta Omnipotens sempiterne deus dirige actus meos in benplacito tuo ut in nomine dilecti filii tui meamur bonis operibus abundare. Per eundem. Sancti pape collecta Adesto quesumus domine tuis sacrificiis et pontificis venerandae sollemnitate et devotionem nobis augeat et salutem. Per eundem. Incertum. Dominus enim xpm fuisse ministrum circumcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. Deo gratias. Alia Plus quam venire fides sub lege custodiebamur reclusi in eam fidem que revelanda erat. Alia Omnes nos filii dei estis per fidem que est in xo ihu quotquot enim in xo baptizati estis xpm induistis. Alia Omnis spiritus qui confitetur ihm xpm in carne venisse ex deo est et omnis spiritus qui solvit ihm ex deo non est. Deus qui salutis eterne de marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti tribue quesumus ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus quam mediatricem vite suscipere meruimus. Dominus. Collecta Deus qui nos nati salvatoris diem celebrare concedis octavum fac nos eius quesumus perpetua divinitate muniri cuius sumus carnali commercio reparati. Per eundem. Incipit epistola Scimus quia quecumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo. Alia Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est testificata a lege et